



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 32. Concordia Papam inter & Regem restituta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.  
A. C. 1585.

„Orator haud ægre ferret, si & ipse  
„Roma excedere juberetur, quamprimum  
„de injuria meo Nuntio illata  
„certior factus fuero.„ Hæc sibi a Pa-  
pa fuisse significata, haud negabat Pi-  
fanus Orator, nihil tamen de hac Pon-  
tificis cautela ad Regem perscripserat.  
(\*)

## §. XXXII.

*Concordia Papam inter, & Regem  
restituta.*

Ergo rem componere oportebat, qua-  
propter Sixtus Horatio Oricellario,  
feu Rucellario, qui corrasis ex vecti-  
gali

(\*) Ex hac relatione manifestum fit, quam  
sæpe subdolis artibus nonnulli diffidia inter  
Papam, & Principes serere soleant, ut postea  
Pontifices innoxios molestare, & tanquam  
ambitiosos, aut litium incentores, traducere  
valeant: quid enim hac in re Pontifex am-  
plius facere potuisset, quam Regis volunta-  
tem per ipsius Ministrum explorare, & ubi  
hunc consentire ab eo perceperat, nonne ju-  
re merito læsum suum honorem pari ratione  
vindicare poterat; cum autem hic Orator ex  
Pontificis ore percepisset, quod ob inferen-  
dam fors injuriam vicem rependere cogatur,  
qua fronte spargere poterat, quod parum curet  
causam explorare, ob quam Pontifex ad eum  
Roma amandandum permotus fuerit?

gali in Gallia opibus paulo ante Romam  
fese receperat, hoc negotium deman-  
dabat, quo ultro, citroque commeare  
coacto tandem Principes, Aulæque  
Franciæ Ministri Regem hortabantur,  
ut Papam placare satageret, ac quic-  
quam de sua auctoritate remitteret,  
imo ipse etiam Estensis Cardinalis, qui  
opportune cum ceteris Cardinalibus de  
reddenda concordia agebat, rem ita  
decidi curabat, ut Pisano Romam red-  
eunti Papa circa res gestas aliquatenus  
satisfaceret, vicissim vero Rex Nun-  
tium antea nominatum admittere tene-  
retur: itaque Nazarethanus Archipræ-  
sul ad Aulam contendit, ubi præter ex-  
pectationem Regis, qui hunc Præla-  
tum nimis aperte Fœderatis patrocina-  
tarum suspicabatur, Nuntius etfi  
alias toto legationis tempore vehemen-  
tioris indolis esset, summa modera-  
tione utebatur.

## §. XXXIII

*Navarræ Rex, & Condæus Princi-  
pes per Papæ Bullam anathe-  
mate percussi.*

Hæc dissidia longe minoris erant mo-  
menti, ac severitas illa, qua idem  
summus Pontifex Henrici Navarræ Re-  
gis, & Condæi Principis apostasiam  
ple-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1585.

*Maimb. hist.  
de la ligue  
l. 3. p. 83.  
Journal de  
Henri t. I.  
p. 78.*

U 5